

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quois anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. III. Hos Reges null^loci, aut hominum vilitate ab adorando Christo
potuisse absterreri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

§. III. Hos Reges nullā loci aut hominum vilitate
ab adorando Christo potuisse absterrei.

ET quid vos reges, Eoꝝ gentis gloria, ad hoc antrum, ad hunc Puerum properatis? *Venimus adorare eum.* Adorare hoc tam extrema paupertatis spectaculum? vos Regem Iudæorum quæritis; quid ad hunc pauperissimum infantulum deflectitis? *Venimus adorare eum.* Itâne? adorare? nihil hic nec honorandum quidem, nedum adorandum cernitur; si specum neglectissimam ingrediuntur, prius resiliens, quâm adorabitis: & adhuc venisse vos dicitis illum adoratum? *Venimus adorare eum.* At verò leâcum illius considerate, quâm humilis, quâm modicè instratus est? nullus hic torus eburneus, nec piæ Campanico rapetio teatrus; horridi præcepis fragmenta, stipulis foenque rigentia male fovent lacrymantem parvulum. *Nos eum adorare venimus.* Date veniam alienigenæ; in regno non vestro errare vos credo: Regem inquiritis? ego hic nihil cerno regii. Non hic curules sellæ, non ostro auróque ambitiose tunice, nulle purpureæ non conchyliata perifromata, non auriati thalami, sed nec ulli clientium greges, famulorum nec unicus. Hic unus est solus cum Matre & senecte plorans pufio. *Hunc ipsum adorare venimus.* Sed enim Herodes illum non tantum non adorat, sed nec natum esse fit; sed neque ullus Bethlehemitarū, apud quos natus, illum adorat. *Nos eum adorare venimus.* Ignoscite viri, persuaderi non possum Iudæorum Regem in Iudæa præter Herodem omnino neminem, aliquem in Arabiâ sciri: falsus rumor spargi potuit, vera fama non potuit. Non famam audivimus, sed stellam illius vidimus, & *venimus adorare illum.* Illum? sic inclusum antri tenebris, sic involutum linteolis, sic bestiis accubantem? omnes illum pro despectissimo habent, nam omnibus aliis potius concessum hospitium quâm illi. *Nos illum adorare venimus.* At revera, si ultimam hujus Infantis egestatem ipis oculis percipiatis, viceror, ne quem adoratur venisti, deseratis contemptum. *Venimus adorare eum,* non contemnere. At forsan ideo adorabitis, quia oculis, quod de Augusto proditur, plenas majestatis scintillas spargit? *Lacrymas.* Fortassis, quia ante annos, ut Cœci filius, contra naturæ leges loquitur? *Plorat.* Fortasse ideo hunc illi cultum desertis, quia admirandâ pompa, uti Græcorum ditissimus Nicias, servorum habet tringita millia? *Binas pecudes.* An quia ad Salomonis exemplum venerandus visitur in aureo tribunal? *Praesepi.* Aut quia ad Neroris normam, domum auream habitat? *Stabulum.* Aut ad formam à Semiramide acceptam, penfis horros? *Spluncam.* Fortassis ideo veneramini, quia sc̄ tegit, uti Darius, unionibus & gemmis? *Centumul.* Vel quia adorandum sc̄ præbet, uti Persarum reges, inter pretiosissima unguenta? *Fatores.* Fortassis miracula exploratorum veniatis & visum puerulum, in cuius ore canat lucifinia, ut in Stesichori fertur cecinisse: aut spectaturi infantem, quem apes alant ut Hieronem; aut lupa, ut Romulum & Remum; aut quem canis nutriat, ut Cyrum; aut quem cerva, ut Telephum; aut quem urfa, ut Paridem. Faceſtant hinc, qui talis vel falsa, vel sola naturæ quærunt miracula, non hos altiores aut altrices hæc domus habet, hic in opis Matris ubera ducit ignotus Puer. Quid ergo in hoc, quod adoratione sit dignum, cernitis? *Id quod non cernitur.* Hoc est, o sancti Heroës! quod dignum omni cultu, hic omnium miraculorum maximum est miraculum. Non canis, aut cerva, aut ferarum alia homini ubera sua admoveat, & nutritiem agit. In hoc spacio Virgo sine dolore peperit, & quem peperit, suo lacte jam pascit. Hoc est, quod coli jam

A debet, eti sc̄ cerni nequeat. O ergo magni, o admirandi, o nullis umquam præconis fatis laudandi Reges! Vos nec Herodis impietas, nec Hebraeorum Herodis malignitas, nec stabuli ordes, nec paupertatis deformitas, ab adorando eo, cuius fidus vidistis, absterrere potuit. Magna fides sidera habita, eoque major, quo minor oculis. Quæ hæc animi firmitudo, obsecro? Infantem, qui Rex, qui Deus esset, quærebant, repererunt stabulum, & in eo Infantem; quid facerent? Regem illic iste, Deum esse, primi rerum judices negabant oculi, sensus omnes reclamabant. Nihil illi oculis, nihil sensibus credebat, absteneret stellæ omnia, & illi qui per stellam illos allocutus, potuerunt. O sæculi lumina, & verae religionis auctores, herœs germanissimi! hoc est virum se gerere, obsequenter, conhanter agere. Prius pæne arctum cum Deo amicitiam, quâm notitiam de Dœ habuistis. Hoc illud laudissimum vestrum obsequium est, quod eti imperantem Dominum non audierit, vocantem tamen Domini interpretem stellam secutum est. Sic agere solent, qui obedire sc̄unt, & sc̄e submittere; sic agere nesciunt, qui refragari solent & sc̄e effere.

§. IV. *Herodis vulpis, flagitios, dol.*

LONGE alter nequissimus illi Vulpio, & omni Palamede & Euribate fallacior Herodes sc̄ gerebat, adorationem promisit; & gladium acutum in eum ipsum cui promisit; pia oscula pollicitus est, & siccarios disposuit; submissionem sponponit, & sanguinem cædémique cogitavit; placidum vultum exeruit, insidias coxit animo. In fronte serenitas fuit, in mente crux maria spumârunt. Ridentibus labris blanditus est, myriadas aliquot scorponum gesit pectora. *Ite, ait, interrogare diligenter de Puer Matt. c. 2. (egregie profecto; quasi verò tu tyranne, nullus habeas tabellarios, nisi Reges ab Oriente?) & cùm inveneris, renuntiate mibi (pulchrè factum tuum purgas: quasi tu ab illo tam remotus fueris, ut invenire nequiveris?) ut & ego veniens adorem eum (& colloquaris etiam; sed sicut Isabus cum Abnero: & oscularis etiam, sed sicut idem fratrem suum Amasam, quem osculo simul & gladio petivis.) Bellua impunitissima, quid sibi volunt hæc verborum mella, quibus viperorum tuorum dentium haftas abscondis? fallere cogitas: sed quos? tres illos tuos hospites postuli, sed nec hos quidem diu; illum neutiquam fellisti, in quem omnis hæc fallacia struebatur. Tu quidem vim dolo miscebas, confilia firmabas saevitiae; fructu omnia. Regis illius regnum non crudelitate, sed pietate ambiendum est, & tu cædibus atque militi rem agendam putas? Nihil agis. Incassum contra illum exercitus & castra pugnant, cui affra obtemperant ad nuntium, cui è cœlo legiones scribuntur. Et fac ista non esse. Quid paras vix nacenti mortem, innocentì fraudem? quid contra nudum mucrones stringis, contra solum milites educis? quid bellum geris contra cunas, contra ubera telis fulminas, modò haustum lac crux confusurus. Et quid eos, qui tibi hostes putas, prius subire visumbas, quâm cunas exceedere? Audi, rex Herodes, mei confilius est: fatere tuum errorem, & quid maiorem te regem tam tibi vicinum non colueris, culpam tuam esse non nega, sed & jam sequere tuos hospites, & quem tam diu tam facile ignorare potuisti, difficile ne sit vel jam serò honorare. Adde gressum, & comitare. Sed, *Ite, inquis;* perinde si dicas: Sequare ego, sed alia, quâm vos munera feram. Vos aurum, ego pro auro ferrum, illudque strictum; vos thura, ego pugionem pro thure; vos myrram fertis, pro hac ego iconem mecum adferam, quâ illi infantum conciliem, sed feruum & aternum. Eu-*

Tom. II.

C c 3

ge Ty-